



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De episcopis & presbyte.& diaconibus rebaptizatis. xcix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



la, quia Dei mandato perficitur, nō potest dici peccatum  
& quod peccatum non est, solui inter peccata omnino  
di non debet, eritque integrum aestimare, aboleri nō po-  
prioris nomen vxoris, quum non dimissum sit pro pe-  
to, quod ex Dei sit voluntate completum.

*De episcopis & presbyteris, & diaconibus  
rebaptizatis. Cap. XCIX.*

*Ex decr.  
Felicis pa-  
pa, ca. 1.*

**C**ommunis dolor & generalis est gemitus, quod in  
Africam rebaptizatos etiam episcopos, presbyteros  
diaconosque cognouimus. Quæ res sine dubio ad vni-  
quoque peruenit notitiam sanctitatis, qualiter in Afri-  
nis regionibus astutia diaboli seuerit in populum Chri-  
stianum, atque in id multiplici deceptione proruperit  
non modò vulgus incautū, sed ipsos quoque in mortis pro-  
funda demerserit sacerdotes, nullus non orbis in gemis  
nulla terra nesciuit. Vnde in grādi mœrore positi, disci-  
lare non possumus. pereuntium atque à nobis exigēdum  
discrimen animarum. Quapropter competens adhibenda  
est talibus medela vulneribus, ne immatura curandis  
cilitas, mortifera captis peste nihil proffit, sed segnitudo  
etata perniciēs reatu nō legitimæ curationis inuoluntate  
riter faucios & medentes. In primis itaque venientibus  
vos, & remedium postulantis sollicitè discutienda est pro-  
fessio, & persona decepti, vt medela possit congruenter adhi-  
beri: & qui satisfactorius Deo per pœnitentiā rebaptiza-  
tum se legitimè doluerit, vtrum ad hoc facinus concu-  
rit, an impulsus accesserit, requiratur, sciens quod se de-  
piat ipse qui fallit, nihilque per nostram facilitatem in  
bunali excelsō iudicio derogari, cui illa sunt rata, & gra-  
pia, quæ vera, quæ iusta sunt. Et aliter necessitatis, aliter  
tractanda est ratio voluntatis. Deterior est autem casus  
illius, qui fortè precio sollicitat⁹ est, vt periret. Nihil enim  
intentatum relinquit inimicus. Cui ne de sua liceat quæ-  
dere captura, succurrendum est irretitis, & contereptis  
venantis est laqueus, vt insuaticim lamentantibus sapienter  
tam iustitiæ moderatione, quàm compunctione pietatis  
ad aulam quam reliquerant, sit ingressus. Nec pudeat  
san, aut pigeat, in dictis ieiuniorum, gemituumque temporibus  
obedire, aut aliis obseruatiæ salubrioris obtentis  
re præceptis: quia humilibus datur gratia, nō superbis.



ergo ruinae suae dolore prostratus, quisquis in Christo fieri  
 querit erectus. Et per dispensationis nostrae ministerium,  
 quod vestra sequi convenit charitate, nec alicui fas est, vel  
 velle, vel posse transcendere, causas eius, qui contra aposto-  
 licam doctrinam, ad iterationem se nimis infaustam baptismatis  
 dedit, vel eius qui aliquibus argumentis excusandum cal-  
 lidè proprium putaverit esse consensum, sacerdotali vigore  
 & humanitate tractemus, ut in eis fides, quae nisi est una,  
 iam nulla est, adiutorio domini iudicis ad salutem, sine nostrae  
 properationis offensione, reparetur: quia quum peccato-  
 ris a nobis satisfactio protrahitur, non praeter nostram laudem  
 atque latitiam, mens eius ad veniam purgatio inuenitur. Et  
 ideo memineritis hanc super his nos habere sententiam, ut  
 servata discretione peccantium, non eadem cuncti qui lapsi  
 sunt, lance pensentur: quoniam maioris castigationis est  
 exigendus versus, cui domus domini commissa fuerit disciplina.  
 Ut ergo ab Ecclesiae summatibus inchoemus, eos quos epi-  
 scopos, presbyteros, vel diaconos fuisse constiterit, & seu  
 optantes forsitan, seu coactos lauacri illius unice, saluta-  
 risque claruit fecisse iacturam, & Christum, quem non solum  
 dono regenerationis, verum etiam gratia praeccepti honoris  
 induerant, exuisse, quum constet neminem ad secundam tin-  
 ctionem venire potuisse, nisi se palam Christianum negaverit,  
 & professus fuerit esse paganus, quod quum generaliter  
 sit in omnibus execrandum, multo magis in episcopis,  
 presbyteris, & diaconibus auditu saltem dictumque probatur  
 horridum: sed quia idem dominus, atque Salvator clementissimus  
 est, & neminem vult perire, usque ad exitus sui diem in poen-  
 tentia, si respiscunt, iacere conveniet, nec orationi non  
 modo fidelium, sed ne catechumenorum quidem omnimodis  
 interesse. Quibus communio laica in morte redhibenda est.  
 Quam rem diligentius explorare vel facere pro baptismo  
 sacerdotis cura debet. De clericis autem, & monachis, aut  
 puellis Dei, aut secularibus servari praecipimus hunc teno-  
 rem, quem Nicæna synodus circa eos qui lapsi sunt, vel fue-  
 runt, servandum esse constituit, ut scilicet, qui nulla neces-  
 sitate, nullius rei timore atque periculo, se ut rebaptizarentur  
 haereticis impiè dederunt: si tamen eos ex corde poen-  
 iteat, tribus annis inter audientes sint. Septem vero annis  
 subiaceant inter poenitentes manibus sacerdotum: duobus



etiam ad oblationes modis omnibus nō finantur, sed  
 tummodo popularibus in oratione sociantur, nec  
 datur Deo colla submittere, qui eum non timuit, ab  
 re. Quod si, utpote mortales, intra metas præscripte  
 ris cœperit vitæ finis vrgere, subueniendum est impo  
 ti, & seu ab episcopo, qui pœnitentiã dederit, seu  
 qui tamẽ datã esse probauerit, aut similiter à presby  
 viaticum abeunti de seculo non negetur. Pueris aut  
 bus quòd adhuc inuestes sunt, à puritate vocabulũ  
 clericis, seu laicis, aut etiam similibus puellis, quibus  
 rãtia suffragatur ætatis, aliquandiu sub manus imposi  
 ne detentis, reddẽda cõmunio est, nec eorũ expectã  
 nitentiã quos excipit à cõercitione censura. Quod et  
 bis proinde constitutũ, ne hi quibus in terreni labe  
 gij, plus minusve restat ad vitã, dum adhuc in pœnit  
 sunt, pœnitenda fortẽ cõmittant. Quòd si ante præ  
 pœnitentiã tempus, despectus à medicis, aut euident  
 mortis pressus indiciis, recepta quisquã cõmunio  
 tia conualescit, seruemus in eo quod Nicæni cano  
 dinauerũt, vt habeatur inter illos, qui in oratione so  
 municant, donec impleatur spaciũ tẽporis eidẽ præ  
 tum. Nec catechumenos nostros, qui sub tali profes  
 baptizati sunt, præterimus: quia nō est causa dissim  
 cut ijdem sancti canones ordinarũt, eius qui quolibet  
 do Christũ, quem semel cõfessus est, abiuraret. Tribu  
 nis inter audientes sint, & postea cum catechumenis  
 mittantur orare, per manus impositionẽ, communio  
 tholicã gratiã recepturi, exceptis sanẽ tantũmodo  
 pis, presbyteris, diaconibus, quibus solo mortis suã  
 re reconciliandũ esse iam diximus: cãteros, id est, he  
 ricos, siue monachos, seu laicos, sexus vtriusque peri  
 quos violentiã & periculis coactos, iterationẽ bap  
 tis subiisse. constiterit, vel qui aliquo cõmento, huius  
 cinoris piaculis dixerint non teneri, in pœnitentiã  
 ennium durare decernimus, & per manus impositi  
 societate recipi sacramenti, illo per omnia custod  
 ex his vnquam, qui in qualibet ætate alibi quã in  
 sia catholica, aut baptizati, aut rebaptizati sunt, ad  
 siasticam militiã prorsus permittantur accedere. Qu  
 satis esse debet, quòd in catholicorũ numerum suã



pi, quoniam de suo ordine & cōmunionē videbitur ferre iudiciū, quisquis hoc violarit antistitum: vel qui non remouerit eum quē ex his ad ministerium clericale obrepisse cognouerit, Curandum verò maximè, & omni cautela est prouidendum ne quis fratrum coepiscoporumq; nostrorum, aut etiam presbyterorum in alterius ciuitate, vel diocesi pœnitentem, vel sub manu positum sacerdotis, aut eum qui conciliatum se esse dixerit, sine episcopi vel presbyteri testimonio & literis, aut in parochia presbyter, aut episcopus in ciuitate, suscipiat. Quòd aliqua dissimulatione neglectum, culpam tangit etiam clericorum, qui in locis in quibus hoc minus curatum fuerit commorantur. His itaque ritè dispositis, & ad Ecclesiarum uestrarum noticiam, nostra deliberatione perlatis, parere vos conuenit. Quibus licet ad animarum reparationem nihil deesse videatur, tamen si cui noui aliquid, & quod prætere nos potuit fuerit reuelatum, secundum beatum Paulum apostolum tacente priore fidenter insinuet: quia spiritus sanctus ubi vult spirat, maximè cum sua causa tractatur. Nec nos pigebit audire, & si qua sunt omissa non arrogàter abnuere, sed rationabiliter ordinare. Datū Iduum Martiarum die, Dynamio, & Sibidio quartum consulibus.

*De eo qui per ignorantiam ordinatur antequam baptizetur.* Cap. C.

SI quis per ignorantiam ordinatur antequam baptizetur, debent ab eo baptizati baptizari, & ipse non ordinetur, sed Romanus potifex iudicat non hominem qui baptizat, sed spiritum Dei sub ministrare gratiam baptismi, licet paganus sit qui baptizat.

*De illis qui gratiam sancti spiritus vendere conantur.*

Caput C I.

DIctum est solere in quibusdam locis pro perceptione chrismatis nummos dari: solere quoque pro baptismi & communionē. Hoc symoniacæ hæresis semen detestata est sancta synodus, & anathematizauit, & vt de cetero nec pro ordinatione, nec pro chrismate, vel baptismi, vel pro balsamo, nec pro sepultura, vel communionē, quicquam exigatur: sed gratis dona Christi, gratuita dispensatione donentur.

Finis Libri Quarti.

R iiij.

*Ex dictis S. Isidori episcopi.*

*Ex conc. Triburē. cui inter fuit rex Arnolphus, cap. 22.*